

Enoch Svantenius Christoph Mittelpfort

**Collegii Super Augustana Confessione Privato-Publici Disput: II. : exhibens
Articuli Primi de Deo Uno eiusq[ue] Attributis partem primam**

Rostochii: Kilius, 1672

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740890204>

Druck Freier  Zugang



RU theol. Jan. 1672

Svantenius, Enoch.

I. N. J.
COLLEGII SUPER AUGU-
STANA CONFESIONE PRI-
VATO-PUBLICI
DISPUT: II. 57

exhibens

ARTICULI PRIMI
de DEO UNO ejusq; AT-
TRIBVTIS partem primam

Quam

Consensu Venerandæ Facultat. Theologicæ
Juvante REGUM REGE JESU in illustri
ad Varnum Academia

PRÆSIDE

ENOCHO SVANTENIO,

S. S. Theol D. & Profefs. Ordina-
rio Publico, ad D. Jacob. Ecclesiastæ,

*publicæ disquisitioni
submitte*



CHRISTOPHORUS Mittelpfort/

Regiomonte Prussus,

In Auditorio Magno ad d. Jan.

ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Universitatis Typogr. Anno 1672.

GOVERNMENT OF THE STATE OF
NEW YORK
OFFICE OF THE COMMISSIONER OF
EDUCATION

ARTICULARS
OF THE
TRUSTEES OF THE STATE

CONTAINING
THE
ARTICULARS OF THE TRUSTEES OF THE STATE

FOR THE YEAR
1850



I. N. J.

Thef. I.



Tut non desint ex ipsis etiam orthodoxis, qui in institutionibus suis Theologicis aut LL. CC. prius agendum esse statuant de Scriptura S. ceude principio *cognoscendi*, quàm de DEO, principio *essendi*, pro methodi tamen & rationum diversitate utrumque fieri posse, rectè asserimus, non probantes, quod Georgius Sohnius, aliique tam *Jesuitæ* quàm *Zyvingliani* propterea Augustanæ Confessionis exhibitores sugillant, quod ἀπέκτως de DEO tanquam *Articulo favorabili*, *minimèque controverso auspiciati sint*, cum tamen de Verbo DEI s. *Scripturàs.* agere debuerint, ad exemplum confessionis Helveticæ, Bohemicæ, Anglicæ, Gallicæ, quasi verò eæ methodi Theologicæ, præprijmis verò A. Confessionis edendæ & disponendæ norma sint.

Th. 2. Sufficit, quæ & Philippi, aliorumque methodus est, quia DEO nihil sublimius, nihil prius cogitari potest, cujus quoq; cognitio & doctrinæ, & sapientiæ nostræ est summa, bonâ conscientia, & optimo ordine, præsertim ad confutandas gravissimas criminationes, quasi nihil sincerum, aut pium, in nostris Ecclesiis doceretur, ab illo fecisse initium, qui est A. & O. principium & finis, à quo omnia, ad quem omnia, qui & *piè agnoscendus*, & consequenter devotè *celebrandus*.

Th. 3. Difficillimi interea esse operis de DEO differere, quis est qui inficiabitur etùm quod Scriptura de DEO, qui est ἀνεξέρεινυτ, ἀνεκφεας, ἀνεπαληπτ, Pro captu nostro cogatur uti vocabulis ex humanarum & mortalium rerum cursu, & conditione petitis, tùm quod vocabula illa *persona*, *generationis*, *infinitatis*, *immensitatis*, *præsentis*, *potentis* &c. latitudinem hujus tam stupendi Numinis ne vel millefimâ ex parte adumbrare queant.

Th. 4. De DEO igitur UNO & TRINO prægnantibus de causis, primus agens A. nostræ C. articulus, duabus absolvitur partibus. *Thesi*, nimirum, & *Antithesi*.

Th. 5. *Thesi*, sive confessione sanæ, & orthodoxæ, de DEO TRINUNO doctrinæ. *Antithesi*, seu rejectione falsarum doctrinarum ab hæretica pravitate confictarum.

Th. 6. *Thesi*, uti agit de *unitate* divinæ *essentiæ*, & *trinitate personarum*; ita & *verbu* incipit ad omnes postea articulos pertinentibus, & *confirmatur* sive *declaratur auctoritate* seu consensu *synodi Nicænæ*, & denique *illustratur* per expositionem vocabuli *personæ*.

Th. 7. *Verba* initialia per singulos articulos unico postea, verbo plurali, *docent*, repetita, sic habent: *Ecclesiæ magno consensu apud nos docent*, scilicet, quicquid in hoc & sequentibus articulis comprehensum est, imprimis verò *decretum Nicænæ Synodi de unitate essentiæ divinæ*, de *tribus personis*, *verum, & sine ulla dubitatione credendum esse*.

Th. 8. *Ecclesiarum* fit mentio, non hujus, vel illius Doctōris privati, seu Ministri, sed illarum Ecclesiarum, quæ hoc tempore per exhibitionem hujus Confessionis unitatem fidei in propositis publiceque apud eas sonantibus articulis palam profitebantur.

Th. 9. Necessarium erat harum præmittere *consensum*, tum propter *Pontificiorum coccysum*, nullam in articulis fidei *apud nos esse consensum*, sed *dissensionum* plena esse omnia, tum propter *Calvinianos*, qui vel ab unius, alicujus privati hominis sententiæ estimandam esse hanc confessionem autumant, vel ad ejus arbitrium mutationem illius in verbis ac sensu suscipi potuisse garriunt.

Th. 10. *Consensum* omnino sanctissime inter se colunt Ecclesiæ nostræ A. Confessionis addictæ, (1) *Biblicum*, dum doctrina in nostris sonans Ecclesiis per omnia conspirat cum lib. V. & N. T. Canonicis (2) *Ecclesiasticum*, dum cum scriptoribus Ecclesiasticis, quos Patres vocant, præsertim illis, qui Apostolorum temporibus proximi purioresq; fuerunt, doctrinæ nostræ convenit (3) *symbolicum*, dum communi consensu amplectuntur doctrinam in hoc & cæteris libris Symbolicis Ecclesiarum nostrarum comprehensam, cui si quis nomen suum dare recuset, eum pro fratre in negotio fidei & confessionis nequaquam agnoscimus. Conf. Disputat. 1.

Th. II,

Th. 11. *Decreti quoque fit mentio Nicænae Synodi, ad eximen-
dam Imperatori suspensionem, Pontificiorum clamoribus concita-
tam, quasi nosstrates concilia promiscuè universa damnent, quod
circa principium Confessionis ipso facto refellendum esse putarunt.*

Th. 12. *Nec tamen Nicænae Synodi decreto per se, & citra
sacrarum Literarum auctoritatem standum esse judicarunt, sed tan-
tùm ideò, quod indubitatis & immotis testimoniis Propheticae &
Apostolicae Scripturae pro fide catholica noverant illud esse super-
structum, adeoque synodum hanc circa stabiliendum illud contra
Arianos decretum infallibilem Sp. S. vocem esse secutam.*

Th. 13. *Fatentur hoc ordines protestantes, quando post in
Apologia, adeoque repetitione hujus articuli se ita declarant:
hunc articulum semper docuimus, & defendimus, & sentimus eum, ha-
bere certa, & firma testimonia in Scripturis Sanctis, quae labefactari non
queant.*

Th. 14. *Synodus illa Nicæna, à loco sic dicta, Urbe nempe
Bithyniæ Nicæa, fuit prima œcumenica ab Imperatore Constantino
Magno A. C. CCC. XXV. Episcopis 318. convocatis ad confutandam
Arrii in filium DEI blasphemiam, indicta. Symbolum hoc potest
& dici Nicæno-Constantinopolitanum, quia, quæ post verba Sym-
boli (& in Sp. S. &c.) sequuntur, pronuntiata sunt non à Synodo
Nicæna, sed Constantinopoli: ob Macedonianos, divinitatem Sp.
S. negantes.*

Th. 15. *Decreti illius Synodi summa hæc est, videlicet: de
unitate essentiæ divinæ, & tribus personis, quod sit una essentia divina,
quæ & appellatur, & est DEUS, æternus, incorporeus, impartibilis, im-
mensa potentiâ, sapientiâ, bonitate: Creator, & Conservator omnium,
visibilem, & invisibilem: et tamen tres personæ, Pater, Filius, & Spi-
ritus Sanctus.*

Th. 16. *Descriptio hæc DEI 4. complectitur ex Scripturis
petita, (1) Essentiam, (2) Attributa Essentialia (3) tres personas hy-
postatico caractere ab invicem distinctas. (4) Beneficia cum gene-
ralia erga totum genus humanum ex creatione, & conservatione gene-
rali omnium rerum, tam visibilem quam invisibilem; tum specialia
erga ecclesiam, quæ eodem conservationis nomine innuuntur, cum
& specialem Ecclesiæ defensionem & conservationem significet.*

Th. 17. Descriptionis hujus omnia & singula membra egressi in Scriptura nituntur testimoniis, unde quoque Synodi Nicanae Patres eam ex Scriptura, tanquam unico eoque certissimo fidei canone non solum desumerunt, sed & decretum illud ex Scripturâ deductum, ordines protestantes verum & sine ulla dubitatione credendum esse concluderunt.

Th. 18. Vox *Essentiæ*, quæ & (1) *quod sit DEUS*, per notitiam naturalem & (2) *Quid sit*, per notitiam revelatâ perfectiùs, tum ex Libro *natura* illud, tum ex libro *Scripturæ* hoc, præsupponit, Rom. I. vers. 20. *ἡσία* græcis dicta, ab *ὄν* & *esse*, nomine DEI proprio descendit, adeò DEO singularis est, ut addatur in textu *divina*, h. e. *infinita*, cui gemina nec sit, nec esse possit, confer Exod. 3. vers. 14. Apocal. 1. vers. 4.

Th. 19. *Una* dicitur, adeoque unus *Essentiâ DEUS*, non genere vel specie, aut *πάθει*, neque tantum consensu, voluntate, aut concordia; sed natura, unissimâq; ut Luth: loquitur, unitate, hoc est indivisibili, summeq; *singulari*, *μονοθεόπως*, *ἐξουπέτως*, *exclusive*, & *eminenter*, & hæc est *divina*.

Th. 20. *Unam* illam esse *Essentiâ*, probatur partim solidis *Scripturæ fundamentis*, partim validarum rationum *momentis*.

Th. 21. *Scripturæ fundamentis*, vel quintuplici modo (1) *Expressè* Deut. 6. 4. ubi observatum ἡ legi magnum ut notaretur unitas simplicissima. (2) *Negative* Deut. 4. vers. 39. quando plures esse Deos præter *Jehovam* negat 1. Samuel. 2. vers. 2. (3) *Exclusive* ut quando dicitur, *solus Pater est Deus* 2. Reg. 19. vers. 15. 19. (4) vel *Exclusive* & *Negative* simul Deut. 32. vers. 39. (5) *Interrogative* 2. Samuel. 22. vers. 32. Psalm. 18. vers. 32. Esa. 44. vers. 8. adde 1. Reg. 8. v. 23. Psalm. 86. vers. 10. Esa. 45. vers. 21. Dan. 3. vers. 29. Joel. 2. 27. 1. Corinth. 8. 6. 1. Timoth. 6. vers. 15. Quibus in locis non tantum dicitur *Unus*, *Solus*, præter quem nullus est *DEUS* alius, sed & *primus* & *Novissimus*.

Th. 22. *Rationum momentis*: quibus vetusti Patres adversus gentilitiam *πλυθεότητα* pro Unitate *Essentiæ* divinæ pugnarunt, nempe quod *Essentiâ* ejus Perfectissima, Simplicissima, & Impartibilis, quod solus ille cæli, & terræ Monarcha, ejusq; majestas sit incomparabilis & suprema, videatur Ignatius Epist. 9. ad Antioche. nos & libr: de Idololatr. Cyprian. de Idol. vanit: S. Ambrosius & alij.

Th. 23.

Th. 23. *Unam numero ac indivisam Essentiam tribus Deitatis personis esse communem, adeoque totam, in singulis, sed in perscrutabili modo totam in Patre, totam in Filio, totam in Sp. S. propter suam immensitatem, & infinitatem, verba in A. C. addita notanter innuunt: dum, quod sit, habent, una essentia divina, quæ & appellatur & est Deus.*

Th. 24. *Quà nomen itaque (ὄνομα θεολογικῶς enim & πραγματολογικῶς scriptura loquitur de Deo) non solum appellatur hæc Essentia divina Deus, sed & quà rem verè, & summè singularissimè est DEUS, adeoque non nominatus, & equivocè; sed revera & propriè à Seipso, in Seipso, & per Seipsum ineffabili modo est, existit, & dicitur DEUS.*

Th. 25. *Hebræis duplici insignitur nomine Essentia divina: Uno quidem יהוה absolutè posito, quod exprimit unitatem Essentiæ in Deo quo, scilicet est Ens eminentissimè existens à Seipso, ab æterno, & in æternum αὐτοῦ. Altero verò quo adumbrant Trinitatem personarum יהוה אלהים. Coniunctim posita יהוה אלהים יהוה scitè Deum Unum in Essentia, Trinum in personis denotare, sunt qui aucturant, quo de b. c. D. proximè.*

Th. 26. *Nomen soli DEO proprium, & τετραγράμματος hoc יהוה Judæis ἀνεκφάνητον ineffabile existens, Luth. ubivis, ferè majusculis literis germanicis voce J E H O expressisse observatum est. Ab hoc per contractionè factum est nomen הוה quod ipsum & in Deo tantum ponitur, quia ab essendo, ipso Deo, utrumq; deductum Exod. 3. 14. Apocal. i. v. 4. multo maxima involvit vid. Gerhard. in Exegeti. §. 8. p. 208. Chemnit. L. de Deo.*

Th. 27. *Quod Veteris Testamenti Scriptura voce יהוה & אלהים: hoc Testamenti Novi liber vocabulo θεός indicare, & exprimere voluit: undecunque tandem hoc nomen derivetur, sive, ut Damascenus l. 1. Orthod. fidei c. 12. disputat, à θεῖον, i. e. currere, & disponere universâ, sive ab αἰθεῖον i. e. urere (quod Deus sit ignis, omnem malitiam consumens) sive à θεῶσσι i. e. inrueri omnia.*

Th. 28. *Cæterùm nomina Dei, liber biblicus quæ habet, numerari aliàs solent undecim primaria, de quibus jam non attinet agere pluribus.*

Th. 29.

Th. 29. In Deo verò licet nihil iaveniatur, quod non sit ipse Deus, salvâ tamen identitate Essentiæ certa quædam prædicata non nominalia solùm essentialia, quæ jam ex parte vidimus, sed & realia, quiddidativa s. Scripturæ pandectæ indigitare voluerunt, vulgò attributa dicta quæ non sunt accidentia in Deo aut qualitates (in quem nullum cadit accidens) sed sunt ipsa Dei essentia, Pf 48. 11.

Th. 30. Varia illa sunt: In tamen & per se considerata realitèr & simplicissimè unum sunt cum divina Essentia, in & per se essentialiter unum quid, docendi verò gratia, propter distincta in creaturis effecta, & propter conceptus nostri infirmitatem variis modis distinguuntur.

Th. 31. Quædam vocantur *κεινώτητες*: quorum effecta in creaturis spectantur, & hæ ab illis denominantur: ut *justitia, bonitas, veritas, sapientia, potentia.*

Th 32. Reliqua *ἀκεινώτητες*: quæ de solo Deo prædicantur, nec ulli creaturæ tribuuntur: nempe absolutissima *simplicitas & infinitas* sive *immensitas*. Nulla enim creatura dici *immensa* vel *infinita*, vel *absolutè simplex* potest.

Th. 33. Habet A C. nostra non nominatim omnia, sed in concisâ descriptione, relictis suo loco cæteris, sequentia: *DEUS est æternus, incorporeus, inpartibilis, immensâ potentia, sapientiâ, bonitate, creator, & conservator rerum omnium visibilium, & invisibilium.*

Th. 34. Quædam horum sunt *ἀπφαπικα*, ut: quod sit *incorporeus, inpartibilis*, & hinc *ἐπομένως*, quod subintelligitur, *in-creatus*, *ἀόρατος*, *ἀφραγτος*, quædam *καταφαπικα*, & quidem vel (1) *τὰ παρεπόμενα τῇ φύσει*, quæ consequuntur naturam Dei, aut ejus operationem, utpote, quod sit æternus, omnipotens, sapiens, bonus, vel (2) *χέπικα*, quæ *χέπιν* vel respectum aliquem Dei ad creaturas denotant, ut: quod sit *creator, & conservator rerum omnium &c.*

Th. 35. Primi generis attributa sunt: quod Deus ceu *Essentia Spiritualis*, sit *incorporeus*, sive Spiritus *ἀσώματος* Joh. 4. 24. 2. Corinth 3. 17. Qui carnem & ossa non habet Luc. 24. 39. Incorporeus igitur, & incircumscriptus, invisibilis, omniumque adedò expers corporeorum membrorum.

Th. 36.

Th. 36. Et licet in Sacris Literis corporea ipsi tribuantur membra, ἀνθρώπων ὡς tamen hæc sunt intelligenda, ad intelligentiæ enim nostræ captum condescendit nobis Deus, ut consurgamus ei, & cum homines simus, humano more nobiscum loquitur, ut nos ex naturâ Spiritus per corporalia intelligere discamus spiritualia, per visibilia invisibilia, per corporea incorporea.

Th. 37. Sic Oculus ἐποπτικὴν Dei δυνάμιν, & conspectricem univerforum virtutem adumbrat; Facies Dei manifestationem; Os vim voluntatis; Manus, quibus dat escam omni carni; Dextrâ potentiam operum; Pedes quorum scabellum terra est, celeritatem; quæ omnia similitudine à nobis desumpta per effectum habet Deus, non per affectum.

Th. 38. Est ergo totus Oculus, quia vider omnia: Totus manus, quia operatur omnia: Totus facies, quia præsens omnibus: Totus pes, quia ubique est; Conf. Ps. 139.

Th. 39. Incorporeus uti est Deus, ita & imparibilis, nullo modo compositus nec dividiuus, nec partem extra partem habens, nec in partes dividi potest, sed est ὅλος ὅλον π.

Th. 40. Secundi generis attributum in Confessione nostra expressum, est (1) *Æternitas*, omnis omninò temporis, initii, Successionis, finisque expers, adeoque ipsa essentia divina, immutabilis, nec successionem admittens, nec prius, nec posterius.

Th. 41. Docet hoc (α) *Scriptura* Ps. 90. 2. Gen. 21. 33. Esa. 41. 4. Dan. 7. 9. Ps. 45. 7. Apocal. 1. 8. & 17. c. 21. 6. &c. adeoque in his & aliis locis non solum æternitatem Deo tribuit, sed & omne, quod temporis rationem habet, à DEO removet.

Th. 42. Evincit (β) eandem æternitatem, *Ratio* manifesta: quia Deus est conditor omnium rerum, & temporum, penes quem nihil est præteriti, aut futuri, in æternum immobilis, immutabilis, vivens & regnans in æternum.

Th. 43. Hic æternus, incorporeus impartibilis DEUS est quoque juxta Confessionem nostram (2) *immensâ potentia* Omnia enim potest infinita cum redundantia Ephes. 3. 20. *Magna facit & inpervestigabilia, & mirabilia absque numero* Job. 9. 10. *Quæcumque vult facit* Ps. 115. 3. Distribuit pro voluntate bona 1. Corinth. 12. 11. Nec est apud eum quicquam impossibile Zachar. 8. 6. Luc. 1. 37. Jer. 32. 17. Matth. 19. 6.

B

Th. 44.

Th. 44. Confirmat hanc DEI potentiam Scriptura, (1) *affirmative*, quando appellatur Deus fortis Job. 34. 20. ὅτι ὁμο-
potens, Gen. 17. 1. Potens, Deut. 10. 17. Fortis robore, Job. 9. 4.
πεντον ἡ γὰρ 1. Corinth. 6. 18. (2) *Effective*, quando testatur Deum
posse omnia locis supra allegatis. (3) *Negative*, quando negat DEO
quicquam esse difficile, nedum ἀδύνατον. ibid.

Th. 45. Sequitur (3) Dei *sapientia*, quæ perinde, ut po-
tentia immensa est, ac infinita. Quæcunque enim Deus scit, sa-
pit, & intelligit, ea per Essentiam suam, & uno actu purissimo ὅλως
scit, audit, videt supra temporis rationes incommutabiliter, præ-
terita, præsentia, & futura 1. Reg. 8. 39. 2. Paral. 6. 30. Ps. 147. 3.
Esa. 40. 13. c. 41. 23.

Th. 46. Hanc sapientiam (4) excipit *Bonitas*, quam Scri-
ptura ei tribuit (1) *Affirmative*; bonum esse Deum, prædicans, bo-
nitatem ejus commendans, Ps. 25. 8. 117. 2. Nah. 1. 7. Rom. 2. 24.
(2) *Negative*, tùm quando negat, quenquam esse bonum præter
Deum Matth. 19. 17. Luc. 18. 19. puta *originaliter*, *essentialiter*, *inde-
pendenter & per se*. (3) *Effective*, non enim Deus tantùm bonus est
in se ipso, adeoque ἀπροαγαθός, sed & respectu aliorum, ad quæ
bonitate sua foras, & in genere ad omnes omninò creaturas, & in
specie ad pios, Deumque timentes egreditur, omniumque in illis
causa bonorum existit.

Th. 47. Tertiæ generis sunt attributa χεπεινὰ, videlicet quæ
σχίσιν, seu respectum aliquem DEI ad creaturas notant: ut, quod
Deus in A. nostrâ C. dicitur *Creator*, & *Conservator rerum omnium
visibilium & invisibilium*.

Th. 48. Creatio est actio DEI Uni Trini externa, quâ is res
omnes visibiles, & invisibiles sex dierum intervallò solò voluntatis
sux imperio omnipotenter produxit in sui laudem, & hominum
utilitatem Gen. 1 & 2 Ps. 33. 6. 9.

Th. 49. Conservatio est actus providentiæ divinæ, quò
Deus creaturas in suâ naturâ & naturalibus proprietatibus, ac viri-
bus in creatione acceptis conservat, quousque vult Ps. 109. 31. Esa.
40. 26. Act. 17. 28.

Th. 50. Duas facit A. nostrâ C. rerum creatarum classes, *visi-
bilium* alteram, alteram *invisibilium* Col. 1. 16.

Th. 51.

Th. 51. Invisibilium nomine intelligit creaturas spirituales, Angelos putà & animas racionales; de illarum creatione vid. P. salm. 104. 4. Hebr. 1. 7. De harum primavâ productione Gen. 2. 7.

Th. 52. Uti nihil rerum harum creatarum factum est, nisi per creatricem DEI potentiam, ita nihil vivit, movetur, ac viget, nisi per servatricem ejus potentiam Act. 17. 28.

Th. 53. Conservator est Deus Trinunus non solum quâ *ᾠκυωσιν*, quæ primus est providentiæ divinæ gradus, isq; UNIVER-
SALIS, non solum quâ *ᾠεθεσιν* s. prospiciendi curam, & voluntatem qui est secundus & SPECIALIS, sed & quâ *διοικησιν* s. ipsam actionem, quâ species rerum, & individua, quinimo quicquid creatum est, *conservat*, & *gubernat* per *scientiam dirigentem*, *voluntatem imperantem*, *potentiam exequentem*, adeoq; & *generaliter*, & *specialiter*, & deniq; peculiariter, pro diversitate singulorum adest suis creaturis, easque gubernat.

Th. 54. Nominari potest *peculiaris* DEI *providentia* etiam conservatio electorum s. credentium in Christum, quâ Deus regnat, præpimis in *Ecclesia* sua, & in ejus membris efficax est, docet, justificat, regit, consolatur, regenerat, salvat. *Novit DOMINUS viam justorum; qui habitat in adjutorio Altissimi &c. Omnes capilli capitis vestri sunt numerati, unus non decidit sine voluntate Patris vestri Cælesti* P. sal. 1. & 91. Matth. 10.

Th. 55. In utroque hoc opère, *creationis*, scilicet, & *conservationis* tam præclare manifesteque Dei *potentia*, *sapientia* & *bonitas* elucescit, ut gentiles etiam inde tum potentiam tum divinitatem cognoscere potuerint, teste Apost. Rom. 1. 20.

Th. 56. Atque hæc quidem sunt illa *attributa* Dei, quæ A. quidem C. exsertè exprimit, non quod plura in Scripturâ non occurrant, sed quod hæc in concisâ brevitate Confessione nostræ observata sententiam nostram de hoc mysterio, quantum in hac infirmitate licet, sic satis declarant.

Th. 57. Cæterum, & hæc & alia operum DEI ejusdemque attributorum effecta per plurima, imò infinita, benevolam quoq; nobis æterni in Christo Patris *voluntatem* gratosè aperiunt.

Th. 58. *Una* illa est, *liberrima* est, ac in se *simplicissima*; secundum tamen duo distincta doctrinarum genera, *Legem* scil. & *Evangelium* *distinctè* ex verbo Dei proponenda, *deverè* amplexanda.

Th. 59. *Ille jubet agnoscere peccata, hæc veniam querere per & propter CHRISTUM.*

Th. 60. *Ipsi verò, qui cuncta creavit, qui cuncta conservat in quo, ex quo, per quem sunt omnia, in quo vivimus, movemur, & sumus, sit gloria per Christum in secula!*



Ad Per-Eximium & Præstantissimum

DN. CHRISTOPHORUM **Mittelpforten** /

S. S. Th. Studiosum laudatissimum,

DN. RESPONDENTEM

ac Amicum dilectum.

TE pietas, probitas, te rara modestia nobis
Commendant juvenem frugi, nunc publica porro
Quam doctè invigiles studiis hæc pûgaa probabit.
Gratulor! in patriæ laudem propriamq; salutem,
Atque voluptatem Matris, tenerumque levamen,
Ut crescas porro, semper bona verba precabor.

PRÆSES.

Quod vix nostra suâ titubans caligine densâ
Lumen inaccessum mens stupefacta capit.
Id tua nunc pietas, prædulcis Amice, serenis
Luminibus Fidei demeruisse capit.
Clarius inde tuum micet ut quoque debile lumen,
Æterno radians Lumine Numen amas.
Lux erit illa Tibi cœlestibus ignibus ardens,
Perq; tenebrosas fax præitura vias.
Sit felix! Labor hic sanctus Tibi proderit olim:
Nam cui cura DEI, cura erit ille DEO.
Dumque piè Numen colis, inde benignius illud
Affabit studiis omina fausta tuis.

*Celerr. affectum sincerum erga Præ-Eximium clarèq;
doctum Dn. Respondentem contestaturus scrib.*

M. Enochus Svantenius.



Th. 23. *Unam numero ac indivisam Essentiam* tis personis esse communem, adeoque totam, in singulari modo totam in Patre, totam in Filio, totam propter suam immensitatem, & infinitatem, veram addita notanter innunt: dum, quod sit, habent, *unaqueque & appellatur & est Deus.*

Th. 24. *Qua nomen itaque* (*ὀνομαστικῶς* & *μαστικῶς* scriptura loquitur de Deo) non solum a Essentia divina *Deus*, sed & qua *rem* verè, & summè singulari *DEUS*, adeoque non *nominatenu*, & *equivocè*, sed *revè* à Seipso, in Seipso, & per Seipsum ineffabili modo edicitur *DEUS*.

Th. 25. Hebraeis duplici insignitur nomine *Essentia* *Uno* quidem *יהוה* absolute posito, quod exprimit unitatem in Deo quo, scilicet est *Ens* eminentissimè existens à Seipso & in aeternū *αὐτεῶν*. Altero verò quo adumbrant *Trifonarum* *יהוה יהוה יהוה*. Coniunctim posita *יהוה יהוה יהוה* Deum *Unum* in Essentia, *Trinum* in personis denotant, tumant, quo de b. c. D. proximè.

Th. 26 *Nomen soli DEO proprium, & nre* hoc *יהוה* Judæis *ἀνεκφώνητον* ineffabile, ex ubi vis, ferè majusculis literis germanicis voce *Je* prorsus observatum est. Ab hoc per contractionem factum *יה* quod ipsum & in Deo tantum ponitur, quia ab *essentia* utrumque deductum *Exod. 3. 14. Apocal. 1. v. 4.* multo voluit vid. *Gerhard. in Exegesi. §. 8. p. 208. Chemnit. L.*

Th. 27. Quod Veteris Testamenti Scriptura *יהוה* hoc Testamenti Novi liber vocabulo *Jeus* exprimere voluit: undecunque tandem hoc nomen derivat *Damascenus l. 1. Orthod. fidei c. 12. disputa* i. e. currere, & disponere universa, sive ab *αἰ. Deus* i. e. *Deus* sit ignis, omnem malitiam consumens) sive à *Je* rueri omnia.

Th. 28. Coeterum nomina Dei, liber biblicus quibus merari alii solent undecim primaria, de quibus jam agere pluribus.

